et succumbere si vero praefatus Makowski cum suis successoribus ad iudicium terrestre vel Castrense Premisliense citatus permiserit vel successores eius permiserint Extunc vadium a iure suo quovis proprio et competenti et illi iudicio et officio ad quod lis citabitur et successores eius citabuntur in toto quo ad vadium incorporari, in primo actoris termino tamquam peremptorio stare parere et respondere, ac pro praefato vadio a iudicio et officio non recedere satisfacere debet et eius successores tenebuntur. Terminum ipsum primum peremptorium et alios subsequentes, nullas non exquisita nec colore excogitato differre vel prolongare atque se excipere, tris regalibus, bello, in cursu hosti[illegible], actione pro maiori et aliis quibusvis dilationibus, a decretis quibusvis in adversum et parum rigoris latis et factis, nullas motiones et appellationes facere, ad eas prosequendas non admittendum. Ad quietationes dilationum non petere, poena tamen mazracae et triplici poena sortis vadii et vadia non evadent. Gratiis abrenunciando quibus quot quot sunt et quae ex humana industria excogitari possunt, dilationibus de iure dari solitis, nec quidquam sibi in amminiculum contra praesentem inscriptionem et eius contenta recipiendo, sine et successores eius sublatis omnibus eiusque causa totiens quoties opus fuerit. Nulla praescriptione terrae in praemissis obstante. Super quo memoriale solutum est officio.

Idem inscribit se Therleczki

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus capitanealibus Castrensibus Premisliensibus Nobilis Fiedko Makowski scultetus de villa Sarca antiquis Regiis Makowa ad Capitaneatum praesentem spectantis, Tenutae Magnifici Joannis Herbarth de Fulstin Castellani Sanocensis et Capitanei habens consensum super hoc Regiae Maiestatis ad inscribendum quibusvis summis bona scultetie sue, a iure foro iurisdictioneque suis quibusvis propriis recedens, praesenti vero iurisdictioni Castrensi Premisliensi in toto quo ad actum offertur praesentis inscriptionis attinet incorporans et subiiciens, sanus mente et corpore existens publice palam [illegible] expresseque recognovit, Quia se et suos successores super omnibus bonis suis Nobili Stanislao Therleczki eiusque successoribus inscribit et obligat cum Stanislao Therleczki eiusque successores in possessionem et possessione totius scultetiae in villa Sarca antiquis Regiis Makowa ad Capitaneatum praesentem spectantis praemissum est [illegible] adscripto [illegible] beatae Mariae virginis [illegible] consensu [illegible], Nec eum et eius successores in pacificam possessionem et possessione scultetiae et omnibus proventibus antiquitus ad hanc scultetiam spectantibus in toto et in minima parte impedire, ac sortis scultetiam eius adimere sub vadio trecentorum quinquaginta florenorum pecuniae monetae et numeri polonicalis in casu non completionis praemissorum totiens quoties opus fuerit ad solvendum tenetur sibi et de facto succumbendo. Insuper praefatus Makowski se successores in et super omnibus bonis suis [illegible] et obligatoriis mobilibus et immobilibus nunc et in post habitis inscribit et obligat praesentemque inscriptionem ex his actis ad acta terrae Premisliensia in decursu eius anni transferre, transportare, similemque vel si opus fuerit [illegible] recognitionem facere sub vadio trecentorum et quinquaginta florenorum pecuniae monetae et numeri polonicalis. Pro quo quidem vadio et vadiis exigendo [illegible] et causa succumbendo si se praefatus Makowski cum suis successoribus ad iudicium et officium terrestre vel Castrense Premisliense citari permiserit, Extunc ex

648.

6[illegible]

recedendo a iure suo quovis proprio et competenti et illi iudicio et officio ad quod lis citabitur et successores eius citabuntur in toto quo ad vadium incorporando, in primo actoris termino tamquam peremptorio stare parere ac respondere ac pro praefato vadio a iudicio et officio non recedere satisfacere debet et eius successores tenebuntur. Terminum ipsum primum peremptorium et alios subsequentes, nullas non exquisita, nec colore excogitato differendo pro longando atque se excipiendo, tris regalibus, in cursu hosti, actione pro minori et aliis quibusvis dilationibus, a decretis quibusvis in adversum et parum rigoris latis et factis, nullas motiones et appellationes faciendo, ad eas prosequendum non admittendum, ad quietationes dilationum non petendo, poena tamen mazracae et triplici poena sortis vadiorum et vadia non evadendo, ex [illegible] humana parantur quibus illud [illegible] [illegible] vel excogitari possunt, sibi in amminiculum contra inscriptionem praesentem et eius contenta recipiendo, omnibus exceptionibus, dilationibus gratiis desertis recipiendo motionibus et appellationibus, ac iuris et facti [illegible] [illegible] completionem praemissorum differat [illegible] [illegible] complectendo [illegible] sine successores sub amissione totius causa. Nulla praescriptione [illegible] praemissis obstante. Super quo memoriale solutum est officio.

30/VII

Actum in Castro Praemisliensi feria secunda post festum sancti Jacobi Apostoli proxima Anno Domini Millesimo quingentesimo septuagesimo sexto. Coram Generoso Nicolao Kowalski vicecapitaneo, et Dobrogostio Zapolski Notario, Castrensibus Praemisliensibus. Praesentibus Magnificis et Generosis Stanislao Drohoiowski Praemisliensi, Christophero Glowa Polanecensi, Castellanis, Stanislao Danielowicz Leopoliensi, Nicolao Starlo Praemisliensi vexilliferis, et aliis quamplurimis circa infrascripta testibus

Tharanowski adscribit Nowosielski

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castrensibus Premisliensibus Nobilis Joannes Tharanowski, a iure et foro suis quibusvis propriis recedendo, praesenti iurisdictioni Castrensi Premisliensi in toto quo ad actum offertur praesentis inscriptionis attinet incorporans et subiiciens, sanus mente et corpore publice palam expresseque recognovit, Quia Nobili Iwanko Nowosielski [illegible] ad [illegible] et originatam summam [illegible] [illegible] super bonis suis inscriptam, viginti florenorum pecuniae [illegible] actis praesentibus [illegible] adscribit, adiungit et assignat, ita quod erit summa monetae et numeri polonicalis, adscribit, adiungit et assignat, ita quod erit summa simul iuncta centum florenorum pecuniae, quam quidem summam simul iunctam centum florenorum pecuniae [illegible] Nowosielski [illegible] [illegible] praefatus Tharanowski se ac suos successores super bonis suis [illegible] inscribit et obligat, Prout praesentem [illegible] originali [illegible] [illegible] [illegible]. Praeterea praefatus [illegible] se ac suos successores super [illegible] bonis suis [illegible] Nowosielski [illegible] obligat et inscribit

~~6[illegible]~~ 649 650.